



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1657**

Dioecesana Synodus Osnaburgensis Dvodecima, Sub Reverendissimo ac  
Illustrissimo Principe & Domino, D. Francisco Gvilielmo, Episcopo  
Osnaburgensi, Ratisbonensi, Mindensi, Ac Verdensi, ... Celebrata ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

DIOECESANA SYNODVS  
OSNABRVGENSIS  
DVODECIMA,

Sub Reverendissimo ac Illustrissimo Principe  
& Domino,

D. F R A N C I S C O  
G V I L I E L M O,

EPISCOPO OSNABRVGENSI,  
RATISBONENSI, MINDENSI,  
AC VERDENSI,

S. Romani Imperii Principe, Comite de Wartenberg &  
Schawmburg, Domino in Wald & Hachenburg, &c.

CELEBRATA OSNABRVGI

Anno Millesimo sexcentesimo, quinquagesimo quarto, Feria  
tertiâ post festum S. Remigii, quæ erat VI Octobris.

P R Æ S I D E N T I B V S,

nomine altememoratæ Illustrissimæ suæ Celsitudinis

Admodum Reverendis, Prænobilibus, & Doctissimo  
Dominis

JOANNE WERNERO A LEERADT,

E T

WILHELMO A WINCKELHAVSEN,

Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis respectivè  
Præposito & Decano;

N E C N O N

JOANNE BISCHOPINCK, I. V. L.

Curie Ecclesiasticæ Osnabrugensis Officiali, & insignis  
Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Ioannem ibidem  
Canonico.

ORDO ET CÆRIMONIÆ  
SYNODI,

Celebratæ in absentia

Illustrissimæ ac Reverendissimæ Suxæ Celsitudinis.

VI Octobris, anno MDCCLIV.



*Hic Synodo omnino Illustrissima sua Celsitudo proposuerat præsens præsidere, sed cum sub discessum paratum Ratisbonæ adhuc præter opinionem quedam gravia illius Ecclesiæ negotia occurrerent, iter differendum fuit, &*

*Synodus hæc celebrata ut sequitur.*



*ridie, & horâ Synodi compulsatis undique campanis, sacro solenni per Dominum Abbatem Iburgensem decantato, in quo Clerus frequenter communicavit, processum fuit ad actionem Synodalem, præsentibus in ea ex mandato Illustrissimi, Domino præposito Cathedralis Ecclesiæ & Officiali, Domino Decano ob adversam valetudinem impedito; prælectaque commissione, (quam, cum tenoris ferè ejusdem cum anteriori in*

*Synodo Vernali transmissa sit, supervacaneum visum fuit hic repetere) & catalago Cleri, notatis absentium nominibus, concio Synodalis per Reverendum Patrem Nicolaum Schaten habita. Finita concione D. Officialis loco decretorum repetiit in primis decreta generalia de præjudicio non afferendo, de oratione publica; præcipue vero commendavit precibus reditum Illustrissimi, & animam defuncti Henrici Winandi Succentoris, & nonnullorum aliorum infirmorum ex Clero; repetiit quoque decreta antecedentia de Examinatoribus Ordinandorum, & Iudicibus causarum Apostolicarum: Item de professione fidei & juramenti Pastoralis.*

*Omnibus hisce absolutis D. Officialis commonefecit omnes sui officii, ut Deo & D. Episcopo redenti rationem reddere possint, vocati postridie omnes ante discessum ad Consistorium, cæteraque omnia cærimonialia continuata & acta juxta ritum antecedentium Synodorum, ac decantato hymno Te Deum, &c. omnes cum pace dimissi, Synodo vernali Feria tertia post Dominicam Oculi indultâ.*

Præstitērunt in hac Synodo professionem fidei.

- D. ROTGERUS FLETMAN, Confessarius in monte Sæ. Gertrudis.  
 D. BERNARDUS BORDEWICK, Confessarius Maltgartenis Monasterii.  
 D. IOANNES BOSNELLINCK, Sacellanus in Wellinckholthausen.  
 D. PETRUS DEGENS, Sacellanus Widenbrugenfis.  
 D. IUSTUS NYBERG & D. IOANNES BRICKWEDDE, respectivè cathedralis & Collegiatæ S<sup>t</sup>i. Ioannis Ecclesiarum, Osnabrugenes Vicarii.  
 D. CASPARUS DUFELIUS, Decanus Wildeshusanus præstitit juramentum fidei & pastorale.  
 D. GODTFRIDUS NIERMAN, Pastor ad S. Vitum fidei & pastorale.  
 D. CRISPINUS PECK, Pastor in Bissendorff, Pastorale & fidei.

*E*T quia ego, CHRISTIANUS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst à supramemoratis Reverendissimi & Illustrissimi Domini Episcopi Deputatus in Actuarium hujus sacre Synodi deputatus fui, & omnibus in ea pertractatis interfui, idcirco in fidem eorundem propria manu subscripsi: Acta sunt hæc anno à partu virginis MDCCLIV, Pontificatus SS. Domini Nostri Innocentii X Anno XI diebus, mensis, & loco quibus supra; præsentibus venerabilibus ac eruditis Dominis Antonio Sollinger & Nicolao Schaberg, Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis Vicariis, ac respectivè Sacristano & Notario publico, testibus ad hoc specialiter requisitis & fide dignis.

CHRISTIANUS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst & Actuarium causarum Ecclesiasticarum ad hoc specialiter deputatus, subscripsit.

DI OE-